

Hatto.

Hatto archiepiscopus annos 22 mensibus 8 tempore Arnolffi regis et Ludewici filii eius — hic a demonibus precipitatur in igne in monte Ethena Sicilie¹ — et ante fuit abbas². Obiit 912.

Herigerus.

Herigerus archiepiscopus annos 14 mensibus 6 tempore Conradi regis, qui fuit ultimus Karolorum.

[Ruoberdus.

Ruoberdus sedit annis 4 et menses 10; obiit anno Domini 988³].

Hildebertus.

Hildebertus archiepiscopus, abbas Fuldensis, annis 9 mensibus 5, tempore Heinrici regis et Ottonis filii eius, qui primi regnaverunt de genere Saxonum.

Friedericus.

Friedericus archiepiscopus annos 18⁴ tempore Ottonis mangni imperatoris. Hic construxit claustrum canonicorum sancti Petri extra muros civitatis. Hoc tempore floruit sanctus Udalricus Auguste civitatis episcopus.

Wilhelmus.

Wilhelmus archiepiscopus filius primi Ottonis annos 14⁵ mensibus duobus. Nota verba eiusdem Wilhelmi⁶: Anno dominice incarnationis 954, indictione 12, beate memorie dominus Friedericus sancte Maguntinensis ecclesie archiepiscopus 8. Kal. Novembris obiit, eodem anno ego Wilhelmus tante successionis indignus, cum consensu cleri et populi, loco⁷ eiusdem sancte sedis 16. Kal. Ianuarii in loco Aranstede sum electus et in die 9. Kl. Ianuarii Moguncie ordinatus.

Hatto.

Hatto archiepiscopus anno uno mensibus duobus tempore Ottonis secundi imperatoris qui devoratus est⁸ a muribus in Reno, qui⁹ tempore famis pauperes combussit.

Ropertus.

Ropertus archiepiscopus annos 7 menses decem etiam tempore Ottonis secundi imperatoris.

Willegisus.

Willegisus archiepiscopus annos 35 tempore Ottonis tertii et Henrici imperatoris cognomento claudi. Hic iniciavit¹⁰ monasterium sancti Martini et ipse construxit claustrum canonicorum in monte sancti Victoris, et in Thuringia claustrum quod vocatur Dorloch¹¹ et infra civitatem Maguncie claustrum canonicorum sancti Stephani, ibique sepultus. Ipsum Heinricum ducem Bavarie apud Magunciam consecravit in regem. Anno decimo eiusdem Heinrici regis obiit Willegisus archiepiscopus 1011¹².

nung wie hier in der Successio. Sunderold fiel am Geulenbach unweit von Aachen; der Irrthum stammt aus Ann. S. Dis. zu 891. 1) Zusatz aus Chronica minor, SS. XXIV, p. 184, im cod. Eberb. passender an den Schluss gestellt. W. 2) 'Fuldensis, tempore Ludvici et Conradi imperatorum' cod. Eberb., wo die erste Zeitbestimmung fehlt. 3) Cod. Eb. 952. Aber 988 ist richtig; es ist nämlich die an unrichtige Stelle gekommene Notiz, an deren Stelle die unten folgende gesetzt ist. W. 4) Corr. aus XVII. 5) Corr. aus XIII. 6) Ann. S. Dis. 954, aus dem Mainzer Exemplar der Ann. Augienses, Jaffé, Bibl. III, 706. 7) 'loco eius' gehört vor 'cum'. 8) 'est' fehlt Hs. 9) 'quia' in Chronica minor, woher dieser Zusatz genommen ist, aber auch cod. Eberb. hat 'qui'. 10) 'intravit' Hs. Im cod. Eberb. richtig. Vgl. die Ann. S. Disibodi 975, von wo diese Angaben genommen sind. 11) Cod. Eb. 'Dorlan' wie in Ann. S. Disibodi 987. Jetzt Dorla, Kr. Mühlhausen. 12) MLI. Hs.